



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De libero arbitrio breuiter tangitur. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



DE CONVERSIONE ET CONFIRMATIONE stantium, & auersione & lapsu cadentium.

## DISTINCT. V.

A

POST hanc consideratio adducit inquirere, quales effecti sint, dum diuiderentur auersione & conuersione. Post creationem namque, mox quidam conuersi sunt ad creatorem suum, quidam auersi. Conuertere ad Deum, fuit ei charitate adherere: auerti, odio habere vel inuidere. Inuidie namque mater est superbia: qua voluerunt se parificare Deo. In conuersis quasi in speculo relucere cepit Dei sapientia, qua illuminati sunt: auersi vero excæcati sunt. Ex illi quidem conuersi sunt & illuminati à Deo gratia apposita. Isti vero sunt excæcati non immisione malitiæ, sed desertione gratiæ, à qua deserti sunt non ita quod prius dedita subtraheretur, sed quia nunquam est apposita, ut conuerterentur. Hęc est ergo conuersio & auersio, qua diuisi sunt, qui natura boni erant: ut sint alii supra illud bonum per iustitiam boni, alii illo corrupto per culpam mali. Conuersio iustos fecit, & auersio iniustos. Vtraque fuit voluntatis, & voluntas vtriusque libertatis.

Quales facti sunt angeli auersione & conuersione cadentium.

Eesai. 14. d.

De libero arbitrio breuiter tangit docens quid sit. B

Habebant. n. omnes liberum arbitrium, quod est libera potestas, & habitas voluntatis rationalis. Poterant. n. voluntate eligere quodlibet, & ratione iudicare, id est, discernere: in quibus constat liberum arbitrium: creati sunt volentes auerti vel conuertere, sed habiles ad volendum hoc vel illud, & post creationem, spontanea voluntate alii elegerunt malum, alii bonum: & ita discernit Deus lucem à tenebris, sicut dicit scriptura i. bonos angelos à malis, & lucem appellauit diem, noctem vero tenebras: quia bonos angelos gratia sua illuminauit, malos vero excæcauit.

Genes. I. 5.

V 4

Post